

## TIT. XXXIII.

## De Salviano Interdicto.

**A**CTIO in Fiduciam ex Interdicto Salviano  
 EST, quæ datur Locatori prædicti rustici adversus Colonum, ad possessionem rerum, quas is pro mercenariis fundi pignori futuras expresse pepigit, consequendam. l. i. ff. h. §. 3. I. d. interd.  
 Dividitur in Directam, eaque omnibus requisitis concurrentibus, & Utilem, quæ uno vel altero requisito deficiente locum habet. Hec conceditur (1.) Cuivis Creditori Hypothecario, l. i. C. d. precar. & Salv. interd. (2.) adversus Tertium Possessorem ab Oppignorante Causam habentem. d. l. i. l. i. ff. b. Quemvis enim Tertium Possessorem Conveniri non patitur natura hujus Actionis, quæ non ex jure pignoris, sed Facto Oppignorationis, oritur, adeoque Tertio, potiori forte jure possidenti, nocere non debet. a. §. 3. I. d. interd. l. i. C. d. precar. Conf. Bach. d. Att. D. 3. t. b. 37. cœu. judicatum esse refatur Feltman. Dec. Fris. 6. unde liquet hanc Actionem hodie ab Usu non recessisse. j. Struv. S. I. C. Ex. 45. t. b. 171.

Daff. vt. ab Actione Serviana & Quasi Serviana, Illa enim est Possessoria, fundamentum collocat in Facto Oppignorationis. §. 3. I. d. interd. & tantum adversus Possessorem, qui ab Oppignorante Causam habet, competit. l. i. ff. l. i. C. b. Hec est Petitoria, fundamentum habet in Jure cognitiōne pignoris. l. 3. l. 15. §. i. ff. d. pign. & contra Quemcunque Possessorem moveri potest. l. 16. it. boup. A. 7. §. 3. ff. d. pignor.

## LIB. XLIV. PAND. TIT. I.

## De Exceptionibus, Praescriptionibus, &amp; Prajudiciis.

**H**IC Tit. Agit de exceptionibus, quæ triplex est. 1. De Præjudiciis, 2. De Exceptionibus, 3. De Praescriptionibus. Impropriè & vulgari sensu dicuntur Sententiae Jutorum in casu controverso pronunciatæ. Proprie sunt Exceptiones, quibus declinantur causarum tractationes, propterea quod Prajudicium fiat Alii Negotio antea cognoscendo & decidendo. l. 54. ff. d. judic. l. 21. ff. b. l. i. §. 1. ff. sam. herc. Mev. P. i. d. 69. 70. Ita prius, quam Causa Principalis, Decidenda Questio (1.) Status, si quis tanquam Filius familiæ herciscundæ judicio uti velit, & negetur esse legitimè natus. l. 2. C. d. Ord. jud. (2.) Falsi, quando reus Exceptionem Solutionis per Quitantiam probatum it, quæ ex indiciis falsi arguitur. Carpz. l. 2. Resp. 52. j. Dec. Et. 88. & p. 106. it. Dn. Swend. ad Fib. Proc. p. 389. His igitur similibusque Casibus causæ principalis tractationem urgenti obstat Prajudicium Exceptio. j. Zang. de Except. Part. 2. c. 10.

**A**ccipituntur vel Strictè & sunt Defensiones Reorum. l. 10. C. b. exq. vel Exceptiones. Latè, & sunt Allegationes Juris, per quas Rei Actoris intentio prima facie justa excluditur. l. 2. pr. §. 1. 2. 3. ff. b. Sic Exceptio actionem, Replicatio exceptionem, Triplicatio replicationem, Quadruplicatio triplicationem evertit. d. l. §. 1. 2. 3. I. de replicat.

Fatti s. Intentionis, quibus actio nullo jure competens, sed de facto intentata, removetur, sive simpliciter opponatur Non Competentis Actionis Exceptio, sive cum Affirmatione Facti, ex quo fluit ipso jure ab actione liberatio. e.g. compensationis. l. 4. ff. d. compensat. solutionis. pr. I. quib. mod. toll. obl. Juris s. Actionis, quibus actiones summo jure competentes per exceptionem æquitatem excluduntur. §. 1. l. b. e g. exceptio jurisjurandi. §. 4. I. d. except. rei judicatae. §. 5. I. eod. j. l. 66. ff. d. R. I. Hæ appellantur etiam Praescriptiones. l. 9. ff. d. transact. l. 8. l. 12. l. 13. C. b. Hodiè imprimis Respicitur ad Modum Probandi, an exceptiones sint incontinenti Liquidæ, an vero Altioris Indaginis, sive facti sive juris dicantur fac. O. P. S. T. I. §. Es wâren.

Oriuntur. v. pag. seq.